certa nichilominus constituta. Bellicosa tamen campana sonante. Adveniente vero die certa cum ascenderent montem, qui dicitur mons cesaris, bellum inceptum est et non sine gravi dampno. Super ipsum florentini fixere temptoria et quasi per mensem in obsidione manentes ibidem hedificia plurima construxere, licet percussiones eorum parum offenderent adversantes. In descensa vero factum est bellum utraque parte frivola remanente. civitate tamen undique devastata. Anno vero secundo, cum tractaretur de guerre processu, est ab omnibus ordinatum, ut super montem, qui dicitur mons macrinus, castra locarentur, ab hac parte inter utrunque ne posset aliquod intervenire sinistrum, dimidia populi remanente. Fesulani vero credentes dimidiam partem, altera ignorante, posse percutere, consilium

XXV,2,476
XXV,3,487.